

Nisi forte regium tibi videtur ita vivere et relicum.

Decore et hoc cum sublimitate maximae laudis impletur ... ea ostendens inesse moribus suis, quae non congruentia, sed contraria sint regiae cupiditati.

§ 26. Ego tantis a me beneficiis in re p. positus si nullum aliud mihi praemium ab senatu populoque R. nisi honestum otium postularem, quis <non> concederet? 5

Gloriose in hunc locum decurrit orator laudibus suis plurimis demeritis erga rem p. tribuens, quod tantis iam perfunctus periculis honeste posset ab omni labore requiescere, nisi animus patriae devotissimus nullo posset otio con- senescere. Et hic, quantum mea opinio est, imitatus est C. Gracchum: sic enim et ille De legibus promulgatis, 15 ut ipsius etiam verborum faciam mentionem, *Si vellem, inquit, aput vos verba facere et a vobis postulare, cum genere summo ortus essem et cum fratrem propter vos amissem, nec quisquam de P. Africani et Tiberi Gracchi familia nisi ego et puer restarem, ut pateremini hoc* 20 *tempore me quiescere, ne a stirpe genus nostrum interiret et uti aliqua propago generis nostri reliqua esset, haud <scio>, an lubentibus a vobis impetrassem.*

§ 28. Etenim, in qua civitate rem tantam gesserim, memini, in qua urbe verser, intellego. Plenum 25 forum est eorum hominum, quos ego a vestris cervicibus depuli, iudices, a meis non removi.

... quidem in orationibus plurimis frequentata Ciceroni, qua velut divino quodam mentis instinctu imminentem sibi providebat invidiam et ex ea periculum, quod evenit. 30 Verum mihi altius consideranti hanc omnem, quam localiter